

## Quesiti circa i documenti della II Assemblea generale del Sinodo

---

*Il Segretario Generale della C.E.I., con lettera circolare n. 575/72 del 31-V-72, diretta ai membri della Conferenza ha così scritto:*

La Segreteria del Sinodo dei Vescovi, con la lettera n. 629/72 del 25-V-1972 (allegata in copia alla presente) ha formulato alcuni quesiti circa i documenti della II Assemblea Generale del Sinodo medesimo.

Per poter dare una relazione documentata si rende necessario un'esame delle richieste nell'ambito delle singole diocesi d'Italia; gli argomenti potrebbero essere utilmente discussi in seno ai Consigli presbiterali e pastorali per raccogliere più precise indicazioni.

Le sarei grato se potesse far pervenire una sintetica risposta completa non oltre il 20 luglio p.v.

SYNODUS EPISCOPORUM - PROT. N. 629/72 - E CIVITATE VATICANA, DIE 25-V-1972.

E.mo ac Rev.mo Domino Antonio Card. Poma, Archiepiscopo Bononiensi, Praesidi Conferentiae Episcoporum Italiae.

Venerabilis Frater,

Opportunum esse videtur, ut haec Secretaria Generalis Synodi Episcoporum, etiam ut Beatissimum Patrem certiorem reddere possit, comperta habeat ea omnia quae incepta sunt in diversis orbis terrarum nationibus ad documenta Secundi Generalis Coetus Synodi divulganda necnon ad vota eiusdem Coetus ad effectum deducenda. Quapropter, huius Secretariae Generalis praeprimis interest cognoscere:

- Quomodo documenta « De Sacerdotio Ministeriali » et « De iustitia in mundo » accepta sint ac divulgata in territorio istius Conferentiae Episcopalis;
- Quaenam eorumdem explanationes seu commentaria critica orta sint;
- Quomodo fideles et sacerdotes haec documenta Synodi acceperint: utrum ipsa particulari studio subiecta fuerint in circulis, conventibus seu adunationibus, in Consiliis Pastoralibus, in Consiliis Presbyteralibus etc.;
- Utrum aliquae dispositiones ab ista Conferentia Episcopali datae sint, ut vota Synodi, quae in documentis synodalibus cum vigentibus normis congruunt, ad effectum deducerentur. Quatenus affirmative, quomodo recepta sint in vita pastorali et sociali;
- Quid ex votis Synodi circa Sacerdotium ministeriale et iustitiam in mundo videatur immediate ad exitum adducendum. Significantur etiam vota circa quae ulterius studium necessarium aut opportunum videatur; suggerantur simul organa et institutiones quae ad illud studium perficiendum, magis idonea videantur;

— Transmittantur, pro posse, ad Secretariam Generalem Synodi declarationes, dispositiones, commentaria istius Conferentiae Episcopalis eiusque Sodalium circa documenta Synodi « De Sacerdotio Ministeriali » et « De iustitia in mundo ».

Enixe rogo Te, Venerabilis Frater, ut responsa ad praedictas quaestiones ante diem 1 Septembris 1972 ad hanc Secretariam Generalem significare velis.

Libenter hac utor opportunitate obsequentes gratosque animi mei sensus testandi meque profitendi

Tibi add.mum  
+ LADISLAUM RUBIN, *Secr. Gen.*

## Edizione italiana del Lezionario domenicale e festivo

---

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO - PROT. N. 456/72.

### DIOECESIUM ITALIAE

Instante Eminentissimo Domino Card. Antonio Poma, Archiepiscopo Bononiensi, Praeside Coetus Episcoporum Italiae, litteris die 20 martii 1972 datis, vigore facultatum huic Sacrae Congregationi a Summo Pontifice Paulo VI tributarum, interpretationem Italicam primi voluminis ordinis Lectionum Missae pro dominicis et festis diebus (annorum A-B-C), prout invenitur in exemplari ad hanc Sacram Congregationem transmisso, perlibenter probamus seu confirmamus.

In textu autem imprimendo mentio fiat de confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem insuper textus impressi duo exemplaria transmittantur ad hanc Sacram Congregationem.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 22 martii 1972.

---

+ A. BUGNINI, *a Secretis*

ARTURUS CARD. TABERA, *Praefectus*

CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA - PROT. N. 331/72.

Questo « Lezionario domenicale e festivo », preparato sulla versione italiana della Sacra Bibbia curata dalla C.E.I., è stato approvato secondo le delibere dell'Episcopato e ha ricevuto la conferma da parte della Sacra Congregazione per il Culto Divino, con Decreto n. 456/72 del 22 marzo 1972.